

que nostræ Machinæ, intendit, remittit, turbat, Cohæsionem, Elasticitatem, Irritabilitatem, Magnetismum, Electricitatem; atque etiam hoc intuitu *Gravitas Animalis* nuncupari haud immerito posset. Quem iam fugit? affectiones nostri corporis maximi momenti fieri per substantias tales, quas præ subtilitate incorporum classem referre, fere ambigimus. Instantia sit materia luminescens, cuius tamen efficacia ad corpus animale mutandum neminem latet. Exigua sane universi systematis nervosi portio est, quæ in Machina animali exponitur, ut recipiat impresiones a materia lucis, quæ tamen sufficit ad eam totam commovendam, ad excitandas miras corporis &

C

ani-